

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma 23. Ioannes optat Christi imperium, ceu præco, primus  
publicare. Ioannes Ad Christvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

*Epigram. 21.**Ioannes gestit in utero.*

**P**Arue, quid agnata vincitur sub compede ludis?  
Num tibi natali iam sacra luce dies?  
Spem sed adhuc auido mora damnat iniqua puer,  
Includitque breui flammæa vora sinu.  
Quod si tardat iners pes, spes præcurrit amorem,  
Quem sua vox fraudat, ceu tuba; grande canis.  
Vix dum vita calet; viuos tamen imbibis ignes.  
Nec dum tangit humum pes, celer astra terit.  
Exsors lucis agis; stas clara lucerna salutis.  
Et, quasi sis vicit, viscera clausa quatiss.  
Quale decus! loqueris, cui vox silet omnis, I E S V M.  
Præco Deo vt præcas; tu tibi parue præcis.  
Et, cui sensus abest, sensum tardantibus horis;  
Vir quod nemo capit, cœlitè mente sapit.

*Epigram. 22.**Ioannis in utero gaudium, quo Christum denunciat.*

**A**gnus adest: agni nunc an silet augur, & index?  
Gestit enim vates, vox cui nulla, loqui.  
Ecce, tremente sinu teneros puer intremitt artus,  
Deque vibrante parit gaudia blanda manus.  
Et puer hic infans, tot agens sine murmure linguas?  
Hic arguta leui quoq' pede membra micant!

*Epigramma 23.**Ioannes optat Christi imperium, ceu præco, primus publicare.**IOANNES AD CHRISTVM.*

**T**e propœ tango manu, tango proprio labello;  
Et simul amplexus illigo pœnæ meos.  
Sed nos diuiduis sors distrahit improba septis:  
Quos pariungit amor, iungit & vna fides.

Ahi

Ah! nimium iungit, nimis & sors diuidit impar!  
 Quem propè rango, parens tangere dura vetat.  
 Nonne tuos oculos dolor huc aduertit & aures?  
 Tende, precor, puer, tu puer ipse, manum.  
 Arcta licet teneant captiuos vincia puellos:  
 Vincet uterque puer & rumpet uterque moras.  
 Si cupis, & quid ni cupias? tot in orbe catenas  
 Qui soluis, pueri soluere fræna neges?  
 Vique nouum condis, vel pulchrius æthere regnum.  
 Te duce, dic regni pignora prima canam.

*Epigramma 24.*

Ioannes adhuc in utero coelestia  
 meditatur.

A Nte puer quam tangat humum, spe sidera tangit.  
 Clausus adhuc, Cœlo grande cuncturit iter,  
 Et faciles aditus, ceu liber ad ardua rerum,  
 Difficili reperit vincetus ubique sinu.  
 Quos negat ipsa rudi natura nouerca sub ortu,  
 Id pueri curâ præcoce reddit Amor.

*Epigramma 25.*

Ioannes optat quantocyùs publicam  
 salutem annunciare mundo.

A D I E S V M.

S Olue pedes, lituosque; canam noua bella Tonantis.  
 Et potes, & debes soluere, solue pedes.  
 Ut quid adhuc artis captiuus inhæreo vincis,  
 Nec cano iam palmas ad mea signa tuas?  
 Ille ego Christe, cuius liticen qui milito signis,  
 Dux ubi vicisti, vincula serua geram?  
 Crede mihi pars magna tui perit inde triumphi;  
 Quæ pœna canat, si tuba vincita sileat.

**LIBER**